

Sequitur. **D**uc numerum maximum tabulae Gnomonicæ, scilicet 1200,
in Sinum primum modo repertum scilicet CD, &c.

Nequaquam hic tota CD, sed eius medietas intelligenda est, quæ ut dictum est,
cum linea ab A oculo ad modum pinnacidij emissâ, rectum angulum facit. Sic tan-
dem procedit recte tota operatio certissimis Geometriæ nixa præsidij.

Hoc modo attento, quod ex tabula Gnomonica depromptus numerus gra-
duum & minutorum, arcum perhibet prædicto primo Sinui debitum, qui non inte-
gram stellarum distantiam, sed medietatem eius metitur. Qemadmodum Sinus
ipse non est tota chorda, sed medietas eius quæ stellarum distantie arcui subtenditur.
Sic in Vualtheri obseruatione adductus Sinus primus non est totius pinnacidij
mensura, sed medietas eius, ita ut tandem ex Gnomonis tabula elicitus numerus
non totam stellarum distantiam, sed medietatem eius perhibeat. Iste modus in mo-
dica distantia stellarum satis certus est, sed in magna distantia aliquid erroris gene-
rabit.